

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

De SS. Rogato, Saturnino, Faustino Et Martiale MM. In Africa. Item De SS.
Januario Et Ammono MM. Forte Romæ. Ex Martyrologiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

AUTOR
J. B.
Aliorum de
iisdem

At longe alia est Baronio de sanctis Martyribus conjectura, quæ tamen, nisi forte Hieronymiani puri sint, sua pariter probilitate non caret. Suspicatur is in Annotatis ad Mrl. Romanum hoc die, passos illos in Africa fuisse, Caput vero celebrari ob translatas eo olim eorum reliquias. Primum enim Marcellus, Castus, Æmilius, Saturninus martyrum sunt Africanorum nomina. Passi in Africa sunt circa annum 250 Castus et Æmilius, ad diem 22 Maii, tum in Martyrologio Romano, tum in Actis nostris memorati. Item Marcellus, de quo Martyrologium Romanum ad diem 19 Februarii. Saturninos denique non paucos in Africa passos fuisse vel solus abunde ostendit Martyrologii Romani Index. Horum vero reliquias in Campaniam ex Africa fuisse deportatas, probabiliter conjici potest ex iis, quæ Victor Vitenensis narrat lib. 1 de Persecutione Vandala; scilicet Geisericum, Vandolorum regem, expugnata Carthagine jussisse, ut episcopi et nobiles laici, vel exsules, vel Vandolorum servi essent; Quodvultdeum Carthaginensem episopum cum maxima clericorum turba fractis navibus imponi jussisse, qui feliciter Neapolim Campanias appulerunt; senatorum multitudinem in partes transmarinas projecisse. Sub Hunerico quoque Geiserici successore Africæ complures episcopos in Corsican relegatos fuisse, idem Victor scribit lib. iv. Trasamus denique multos eorum in Sardiniam exsules misit, ad quos exstat apud Ennodium lib. II Symmachi Papæ Epistola consolatoria.

B conjecturæ.

12 Jam vero, quemadmodum sacerdibus his Vandolorum in Catholicos Afros persecutionibus, ex Africa in Sardiniam ab exsilibus Afros translatum creditur B. Augustini corpus; ita posset: ibi enim de SS. Vitale, Januario, Justo, aliusque, Capua annuntiatæ, agens, ex Actis S. Sebastiani (quæ consule tom. II Januarii pag. 275 et seq.) refert, Christianorum quam plures, sacerdote Roma Diocletiani persecutione, duce Chromatio, et ex Coji Papa consilio ex Urbe in Campaniam secessisse; horum multis Capuanam divertere potuisse, et aliquos ibidem martyrio forte coronatos; quod similiter de SS. Marcello, Casto, Æmilio et Saturnino suspicari quis posset. Sed divinationum jam satis est.

Baronius conficit, eadem temestate, fuisse ex exsulum confessorum, huc atque illuc dispersorum, numero, qui abductas secum sanctorum Martyrum reliquias in Campaniam detulerint, Capuanisque concesserint. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italix ad diem 6 Octobris, Baronium ita interpretatur, quasi is dixerit, Marcellum et Socios ex ipsorum Africanorum confessorum, qui persecutione Africa pulsi in Campaniam venerunt, numero fuisse: addit etiam, secundum Baronium de illis agi in Tabulis ecclesiæ Capuanæ, quod falsi arguit: sed Baronium neutrum dixisse, illius in hunc diem Annotata insipienti, manifestum est. Ceterum quod de S. Augustini corpore creditur, asserere videtur Beda ad diem 28 Augusti ita scribes: In Africa S. Augustini episcopi: qui primo de sua civitate propter barbaros Sardinianos translatus, nuper a Luitprando, rege Longobardorum, Ticinis relatus et honori-fice conditus est. At simile testimonium pro translatis ex Africa SS. Marcelli et Sociorum Capuanum reliquias non habemus. Alteram Florentinius conjecturam suggestit ad diem 16 Novembris, quæ forte Marcello et Sociis applicari posset: ibi enim de SS. Vitale, Januario, Justo, aliusque, Capua annuntiatæ, agens, ex Actis S. Sebastiani (quæ consule tom. II Januarii pag. 275 et seq.) refert, Christianorum quam plures, sacerdote Roma Diocletiani persecutione, duce Chromatio, et ex Coji Papa consilio ex Urbe in Campaniam secessisse; horum multis Capuanam divertere potuisse, et aliquos ibidem martyrio forte coronatos; quod similiter de SS. Marcello, Casto, Æmilio et Saturnino suspicari quis posset. Sed divinationum jam satis est.

DE SS. ROGATO, SATURNINO, FAUSTINO ET MARTIALE MM.

IN AFRICA.

C

F

ITEM DE SS. JANUARIO ET AMMONO MM.

FORTE ROMÆ.

J. B.

EX MARTYROLOGIIS.

SEC. INCERTO.

Quos primo loco nominavi Martires, Lucensis et Corbeiensis apud Florentinum Hieronymiani codices Africæ adscribunt: præterit vero Epternacensis. Lucensis sic habet: In Africa Rogati, Faustini, Saturnini, Januarii, et Marcialis. Sic Corbeiensis: In Africa Rogati, Saturnini, Januarii, Faustini, Martialis. Huc accedunt inter Auctaria Bedas codices Vaticanus et S. Cyriaci tom. II Martti, qui sic habet: Et in Africa Rogati, Saturnini, Januarii, Faustini * et

* Fausti

Marcialis. Solius Rogati (nescio, ejusdem, an diversi) meminere ad hunc pariter diem, sed sine loco, apud Sollerium Usuardina Auctaria Aquincinum, Cluniacense, Altempsianum et Lubeco-Coloniense: Belinus vero et Molanus Rogato episcopi titulum tribuunt: Martyris Altempsianum et Lubeco-Coloniensis Usuardi editio. Sed Aquincinum et Cluniacense nudum Rogati nomen referunt. Quod autem ad illos spectat, quos secundo loco nominavi, ex his Januarii in Martyrologiis Lucensi et Corbeiensi Africæ quidem adscribuntur una cum Rogato aliisque primo loco signatis;

A signatis; sed utrum Africæ cum illis, an Romæ cum Ammono adscribendus sit, dubitare me cogit codex Epternacensis, in qua una cum Ammono Romæ annuntiatur hoc modo: Romæ, Januarii, Ammoni presbyteri. Porro Ammonum Lucensis et Corbeiensis codex Marcello, Casto, Emilio et Saturnino in Apulia conjungunt; sed cum in his Apulia per errorem videatur posita pro Capua, ut supra dictum est, Ammonum probabilitus

Romæ secundum codicem Epternacensem passum fuisse, existimo. Id certum, nullum ex citatis Martyrologiis Ammonum cum Marcello et Sociis Capuz annuntiare; proindeque Galesinius, dum Ammonum sub Antonii, ut apparet, nomine, et Aritum, qui hodie in codicibus nostris Hieronymianis non comparet, cum martyribus Capuanis conjunxit, depravatis codicibus verosimillime usus fuit.

AUCTORE
J. B.

DE S. PRUDENTIO MARTYRE

BESUÆ IN BURGUNDIA CULTO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Prudenti apud martyrologos mentio, tempus necis incertum, palestra et cultus antiquus.

S. E. C. INCERTO.
Besuensis
monasterii

Besuense Ordinis Benedictini canobium in Burgundia, a fonte seu fluviolo Besu sic nuncupatum, Ararim inter et Tilam fluvios situm est in finibus Lingonum, distatque Diviron leucus circiter quatuor. Condidit id, largissimeque dicitur Amalarius, amplè in Burgundia provinciæ dux, Anno, inquit Chronicum Besuense tom. I Spicilegii Dacheriani primæ editionis, qua hic perpetuo utar, pag. 490, ab Incarnatione Domini sexcentesimo, Indictione tertia, presidente sanctæ Romanae Ecclesie Gregorio Papa, Mauricio vero cesare imperante in Repub.. beato Columbano commorante in Burgundia. Et haec quidem temporis conditi Besuensis monasterii nota chronicæ sibi congruunt: sed addere videtur Clotarii II, Chilperici filii, in Burgundia regnantis tempore id accidisse; quem anno regni sui trigesimo labente, mortuo Sigeberto, Austrasia Burgundique dominum, ac totius Francie regem evasisse, Fredegarius scribit cap. 42 et seq., quod alii ad annum Christi 613, alii ad sequentem referunt. Serius itaque condi monasterium Besuense caperit, cuius quidem primordia Coïntius anno 616 offixit; at Mabillonius in Annalibus Benedictinorum ad annum 629, num. 14 vix ante annum 630 condi potuisse propterea existimat, quod primus illius abbas Waldalenus, S. Columbani discipulus, quem non ante annum 30 etatis sua abbaties regimen suscepisse ponit, ad annum quartum Theodorici, Chlodovei Junioris et Bathildis regine filii, id est, usque ad annum circiter 680, ex relato in Chronicæ Besuensi Theodorici diplomatico tom. I Spicilegii laudati pag. 501 et seq., vitam protractasse noscatur; nec admodum credibile appareat, Waldalenum annum etatis sua 410 tum aut numerasse aut etiam superasse.

notitia, in quo

2 Stetit porro incolume Besuense monasterium usque ad Pipini Francorum regis tempore; quibus id monachis Benedictinis erexit fuit usque ad annum 830, quo, agente Alberico Lingonensi episcopo, et annente Ludovico Pio, ad Benedictinos rediit, ut habetur in utriusque diplomatico apud Acherium citatum a pag. 507. Insigne quoque eodem saeculo Besuense monasterium a

Geilone, altero Lingonensi episcopo, munus accepit, qui adrectum illic peregre S. Prudentii martyris corpus, ut infra fusius dicetur, in Apostolorum Petri et Pauli templo honorifice collocavit. Sanctus hic Martyr ante saeculum nonum, que temporum iniqüitas fuit, parum aut nihil habuit celebritatis et famæ: ut mirum minime sit, illius mentionem in antiquis et classicis Martyrologiis non reperi, licet non omni omnino cultu, ut suo loco observabitur, antiquitus caruisse videatur. Factus a saeculo nono celebrior, in Fastis sacris apud recentiores martyrologos locum inventi, licet, quantum quidem detergere muti licuit, paucos, et inter se non parum subinde dissidentes.

Quos reperi, profero.

3 Sollerius ad diem 8 Octobris in Auctariis martyrologi Usuardini ex duplice Martyrologio seu Kalendario, altero Bizunticensi, Salinensi altero Franciscanorum hec recitat: In Bezu monasterio, exceptio corporis S. Prudentii martyris. Bucelinus Menologio Benedictino aliquot Sanctorum catalogum, per singulos anni menses distributum, subiecti, iis Sanctis enumerandis destinatum, F quos, licet Benedictini Ordinis alumni certo non fuerint, ad illum tamen peculiari quadam ratione pertinere ratus est, quod in Ordinis sui canobiis eorum corpora hospitentur: ibi autem ad diem 6 Octobris lego, que sequuntur: In monasterio Atornensi (nam et sic olim appellatum fuit, quod modo passim Besuense audit) juxta flumen Bezu, natalis S. Prudentii martyris. Ejus sacram corpus ibidem reconditum est a Gerlone (lege Geilone) episcopo Lingonensi. Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem 6 Octobris ita paulo uberioris scribit: In territorio Lingonensi natalis sancti Prudentii martyris, ibi a Wandali pro testimonio Jesu trucidati. Hujus corpus in tumulo gloriosum du post agonem Gerlo, piissimum episcopus Lingonensis, in Atornense monasterium ad fontem Bezu transtulit, condigna veneratione percolendum. Castellani in Martyrologio Universali verba sunt ad diem 6 Octobris: Apud Pictavos, S. Prudentius (Gallice S. Prouënts illum nominat) cultus velut martyr Besuæ in Burgundia, ubi ex ejus reliquiis: qui pag. 1200 recitatæ modo S. Prudentii annuntiationi hæc addenda monent: